

his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariæ autem orationes quantum placebunt in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,
et per Horas, *Añã.*

DOMUM tuam, Domine, decet sanctitudo in longitudinem dierum. *Psalmi de Dominica. Añã.* Domus mea, domus orationis vocabitur: in ea omnis qui petit, accipit: et qui quærit, invenit: et pulsanti aperietur. *Añã.* Propter domum Domini Dei nostri quæsi bona tibi. *Añã.* Domine Deus, exaltasti super terram habitationem meam. *Añã.* Domum majestatis meæ, et locum pedum meorum glorificabo.

Capitulum. Eccli. 24. b. In omnibus requiem quæsi, et in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus. Ato ex Olympi vertice, ut in Communii Dedications Ecol.

¶ Introibimus in tabernaculum ejus. *4.* Adora-

bimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Ad Benedictus, Añã.

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis, et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Mariæ virginis domum per incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collocasti: concede; ut segregati à tabernaculis peccatorum digni efficiamur habitatores domus sanctæ tuæ. Per eundem Dominum.

Deinde fit Comm. Feria.

Ad Primam, 9. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Añã.

Domus mea.

Capitulum. In omnibus. *4. br.* Hic domus Dei est. Et porta cœli. Hic domus. 9. Et vocabitur aula Dei. Et porta. Gloria Patri. Hic domus. 9. Domine, dilexi decorem domus tuæ. 4. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Sextam, Añã.

Propter domum Domini. *Capitulum. Eccli. 24. b.* Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et

in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

4. br. Domine, 9. Dilexi decorem domus tuæ. Domine. 9. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Dilexi gloria Patri. Domine. 9. Domum tuam, Domine, decet sanctitudo. 4. In longitudinem dierum.

Ad Nonam, Añã.

Domum majestatis meæ.

Capitulum. Eccli. 24. b. In plateis sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

4. br. Domum tuam, Domine, 9. Decet sanctitudo. Domum tuam. 9. In longitudinem dierum. Decet sanctitudo. Gloria Patri. Domum tuam. 9. Hic domus Dei est. Et porta cœli. 4. Et vocabitur aula Dei.

In ij. Vesperis, omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Añã.

O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cœli.

Com. seq. et Fer. tantum.

DIE XII. DECEMBRIS.

In Festo S. Eulaliæ Emeritensis, Virg. et Mart.

Duplex.

Ad Vesperas, Añã et Capit. de Laud. Psalmi de Communi Virginum.

Hymnus.

VIRGINIS laudes canimus pudicæ,
Mille quæ sertis redimpta frontem,
Duplices palmas meruit referre

Sanguine partas.
Tecta festina egreditur paterna;
Nec timet noctem, pavet aut tenebras,
Prævia sed luce aperit rubeta colicus ordo.

Intrat et passu Emeritam veloci,
Judicis durum stetit ad tribunal,
Arguens cæcas venerare gentes

Numina vana.
Dulcibus verbis, studiisque tentat
Prætor emollire animum puellæ,
Offerat saltem pia thura Divis,

Cæsari placens.
Illa fallaces renuit loquelas:
Nulla promissa alliciunt, iniquis
Perneget sensus: velut alta rupes
Fluctibus obstat.

Sit decus Patri, genitaque Proli,
Et tibi compar utriusque virtus,
Spiritus semper, Deus unus, omni
Temporis ævo.

Amen.

¶ Specie tua, et pulchritudine tua. 4. Inten-

de, prosperè procede, et regna.

Ad Magnificam, Añs.
Beata Eulalia unguis ferreis usque ad ossa dilaniata lato ore notas numerans, dicebat: Nunc Christe Jesu in meo corpore his notis fortius inscriberis. Delectat me hos apices legere, qui tua trophæa, nomenque tuum sanguinis purpura scripta loquuntur.

Oratio fit in Laud.
Et fit Comm. S. Damas.
Papæ et Conf., Oct. Cons.
B. M. V. et Feria.
Ad Matutinum, Invitat.
Regem Virginum Dominum Venite, adoremus.
Pssm. Venite.

Hymnus.

INFERMIT Prætor rabieque frendet,
Verbera intentat, moveat ut puellam
Cuncta frustra, fortior et resistit

Ipsa tyranno
Ungula carnes laniant oriente;
Virgo sed plagas numerans huilcas,
Gaudet, et Christi celebrat triumphos
Voce sonora.

Præstat inscriptos apices nolare
Purpura tinctos, quibus exarantur
Nominis magni alma tui trophæa.

Maxime Christe:

inquit: At prætor furis prehensus

Balneat fervente oleo mammillas:

Calce, tum rivis fervidis aquarum
Corpus adurit.

Attamen calce, ex liquidove plumbo,
Nulla nec parva Eulaliam favilla

Lædit: experta omnia temperata
Virgo decora.

Et decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus,

Spiritus semper, Deus unus, omni
Temporis ævo. Amen.

In primo Nocturno,
Añs. Beata Eulalia Deo timorata, mente et corpore casta, ac religione pudica docebatur à Donato presbytero. **Pssimi de Comuni Virginum.**
Añs. Ab infantia rudimentis Christi confiteri docebatur. **Añs.** Annos adolescentiæ penè ingressa, fidem, quam sancta devotione conceperat, animo fortiora servabat. **1.** Specie tua, et pulchritudine tua. **2.** Intende, prospere procede, et regna.

In 1. Nocturno, Lectio- nes de Scripti occur.

1. 1. Diem festum sacratæ virginis Eulaliæ celebramus: qualiter passasit ad memoriam revoc-

mus: tertiodécimo aetatis anno, moventi superando, vitam invenit: **2.** Quia solum vitæ dilexit Auctorem. **3.** Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. Quia.

1. 4. Ab ipsa infantia Christi fidem edocta, non solum exactè ritus christianos servabat, verum dari sibi occasionem expectabat, qua per martyrium ad cælum posset evolare: **2.** Quia fidem, quam sancta devotione conceperat, animo fortiore servabat. **3.** Hæc est virgo sapiens, et una de numero prudentum. Quia.

1. 1. Eulaliam paternam cura ob metum persecutionis in villa tenebat absconditam, thoro dictam, et variis crepundiis, ut custodiam deliniret, oblatis, qua omnia repulerat: **2.** Quia Christo sponso suo se totam devoverat. **3.** Hæc est, qua nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Quia. Gloria Patri. Quia.

In secundo Nocturno,
Añs. Virgo magnanimo nocte consurgens, læta progrediens, ardenti desiderio ad martyrium properabat. **Añs.** Nocte viam secuta virgo, lucem habuit per duce, et diem meruit. **Añs.** Convirginali

sua: Juliae comitanti dixit: Notum sit tibi, Domina soror, quia etsi novissima vado, prior patiar. **1.** Adrem. **2.** Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. Quia.

Lectio iv.

EULALIA virgo, Liberii nobilis Emeritensis civis filia, a presbytero Donato fidem Christi edocta, paternam cura, ob metum persecutionis sub Maximiano imperatore, in loco, qui dicebatur Porcejana, et parentis possessio erat, in finibus provinciæ Bæticæ, prope Emeritam milliario trigésimo, custodiebatur cum Felice confessore, et Julia virgine, aliisque Deum timentibus. Adeo siquidem ejus viri boni præceptis Eulalia sitienter adhaesit, ut non christianos solum exactè ritus servaret, verum dari sibi occasionem expeteret, qua per martyrium posset ad cælum evolare. Audiens autem Dacianum multos christianorum tormentis afficere ob Christi nomen, egressa domo nocte, pedibus per invia pergens, una cum Julia sibi convirginali (qua etiam eodem die martyrium passa est) in civitatem pervenit.

2. Audiens Eulalia sævitiam tyranni, et christianorum cruciatus, labibula perosa noctu septa,

claustraque fugax aperit, et iter ingreditur per inuia, et vepribus obsita loca: Angelico tamen comitata choro, et luce cœlitus demissa. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit; lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. Angelico.

LECTIO 7.

CIVITATEM autem ingressa, ad tribunal Calphurniani, quem legatum in urbe Emerita Dacianus reliquerat, accedens, increpare cepit illius sævitiam, et insaniam, quod Deum verum colentes supplicii vexaret, et damnum, simulacra colere faceret. Quam Præses audiens primum verbis demulcere aggreditur ne in tam tenera ætate (tertium decimum enim annum agebat) vitam perdere vellet. Adhortabatur etiam, ut diis incensum adoleret. Quod beata virgo renuens fustibus cœditur, et unguibus ab utroque latere usque ad ossa dilaniatur. In quo tormento virgo læto ore notas numerans, in hæc verba prorupit: Scriberis ecce mihi, Domine, quam iuvat hos apices legere, qui tua, Christe, trophæa notant: nomenque tuum elicit sanguinis purpura loquitur.

Beata Eulalia lætis.

simè, et constanter festinabat ad martyrium. Quasi ad epulas invitata: et agonem suum Domino precibus commendabat. Nobilibus orta natalibus ab ignobili gaudens trahabatur ad martyrium. Quasi.

LECTIO 7.

Ad hæc insanians Præses jussit eam collo tenus in vivam calcem immergi. aqua superfusa, ipsamque virginem liquefacto plumbo perfundi. Verum cum nec ardor ille Eulalia noceret, novissimè in equileo extenditur, et ardentibus facibus, lampadibusque latera ejus aduruntur, quarum flammam in caput, et faciem involitantem virgo aperto ore hausit. Undè progrediens columba candidissima in cœlum, spectantibus cunctis, evolavit quarto idus decembris, lictoribus autem fugientibus, sancto corpore in equileo relicto, magna nivis copia descendit, quæ forum, corpusque virginem vice lintei candidi tegebat. Indè clam a christianis ablatum sepultura traditum est, et in Hispaniarum devastatione à Saracenis, in Ovetség ecclesiam translatum est: ubi magna cum veneratione colitur. Eamque Urbanus Octavus, Pontifex maximus, in Pa-

tronam perpetuam dicti episcopatus Ovetség concessit, anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono.

Ad passionem ducta Eulalia tyranno dixit: Quid persequeris christianos, et niteris in vanum perdere virginem Dei? Dominus me docet in veritate sua: ideò non seduces adolescentiam meam. Ego annorum sum tredecim, putasne ætatem meam tuo posse terrore turbari? Dominus. Gloria Patri. Dominus.

In tertio Nocturno. Añe. Dominus docet me in veritate sua: ideo non seduces adolescentiam meam. **Añe.** Terrena vitæ blandimentis non delector, alteram beatam spero vitam. **Añe.** Habeo sponsum divitem, immortalem, qui te tuosque perdet. **7.** Elegit eam Deus, et præelegit eam. **8.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectiones de Homilia in Evangelium. Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, de Communi.

8. vij. Diversis tormentorum generibus mactata pendens in equileo super his omnibus gloriatur Eulalia commemorans se ipsam, in quibus se ab infantia preparaverat. Omnibus se audientibus exhortans dicebat: Credi oportet unum et

verum Deum Patrem coelestem, et Jesum Christum Filium ejus omnipotentem cum Spiritu sancto adorandum, qui est benedictus in sæcula. Omnibus.

8. viij. Ardentibus facibus lampadibusque ejus latera adurentibus, earum flammam in caput et faciem involitantem ore aperto hausit virgo. Ex quo prodiens columba candidissima, spectantibus cunctis, in cœlum evolavit. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propra amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. **Ex.** Gloria Patri. **Ex.**

AD LAUDES,

et per Horas. Añe.

BEATA Eulalia fide plena, spe intrepida, charitate flagrans ad martyrium spontè festinabat. **Psalmi de Dominica. Añe.** Crudelibus lacerata verbis fortiori animo Prætoris sævitiam, et Cæsaris vanam religionem increpabat. **Añe.** Tamquam aurum in fornace probata, laudes Domino decantans, incolumis exivit à flammis. **Añe.** Benedico te, Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum nec verbera, nec ignis, nec calx, nec plumbum nocere corpori meo. **Añe.** Qua Spiritus sanctus specie apparere non deditur, Eulaliæ spiritus

ad celestem paradisi-
m evolavit.

Capitulum. 2. Cor. 10.

FRATRES, Qui gloriatur,
in Domino gloriatur.
Non enim qui seipsum
commendat, ille probatus
est, sed quem Deus com-
mendat.

Hymnus.

LAMPADES postremo vir-
gini ligatae
Applicat, quæ ignem ca-
put occupantem
Transfert in pectus, hian-
teque ore
Hauisit aperto.
spiritus formam recipit
columbæ,
Quæ volans cælum pene-
trat coruscum :

Contremit licet fugiens
relicto

Corpore solo.

Membra tam sævè lace-
rata nuda

Contegit cœlum nive de-
cidente :

Donat hæc pura Attalicos
amicтус

Artubus almis.

irgo, quæ est firma
Emeritæ columna,

Astures fortes faveas be-
nigna ;

Qui tibi semper referant
Patronæ

Omnia fausta.

audias quod nos ferimus
libenter

Supplices votum : recipe,
et secunda

Tempora indulge, ut tibi
personemus

Carmina sancta.

St deus Patri, genita-
que Proli,

Et tibi compar utriusque
Virtus,

Spiritus semper, Deus
unus, omni

Temporis ævo. Amen.

Diffusa est gratia in
labiis tuis. ✠ Propterea

benedixit te Deus in ater-
num.

Ad Benedictus, Añs.

Beata Eulalia dum lam-
padibus ardentibus ure-
retur, Prætori dixit : As-
sum est jam corpus meum,
jube sale conspergi, ne
coelesti Sponso insipidum
præparet holocaustum.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiternæ
Deus, qui infirma
mundi eligis, ut fortia
quæque confundas : da
nobis in festivitate sanctæ
virginis, et martyris tuæ
Eulaliæ congrua devotio-
ne gaudere ; ut et poten-
tiam tuam in ejus passio-
ne laudemus, et prom-
issum nobis percipi-
mus auxilium. Per Dñm.

Com. Oct. et Fer.

Ad Horas, Añs Laudum.

Capit. et 2. br. de Com-

muni.

In ij. Vesperis, Añs de

Laud. Psalmi de Communi

Virginum.

A Capit. de sequenti, cum

Com. præc., Oct. et Fer.

Si transferatur, Capit.

Laud. Hymnus ut in ij.

Vesperis.

✠ Diffusa. *suprà.*

Ad Magnificat, Añs.

Ad conspectum colum-
bæ prodeuntis ab ore
beata Eulaliæ, pavidi
fugiunt lictores relicto
corpusculo nudo, quod
nunc è cœlo subito demissa,
vice linteoli candidissimi
operuit.

Deinde Com. Oct. et Fer.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Die vij. infra Octavam

Conceptionis B. Mariæ.

In j. Nocturno, Lectio-

nes de Scriptura occurr.

Si autem hæc die vel cras

occurrat Feria iv. quatuor

Temporum, Lectiones j.

Nocturni leguntur ut in

die Festi, et Lectio ix. de

Homilia Feriæ.

In secundo Nocturno.

Ex lib. sancti Augustini,

Episcopi.

De Genesi contra

Manichæos.

Lectio iv.

DOMINUS noster Jesus

Christus (ut inquit

Apostolus) factus est ex

semine David secundum

carnem, id est, tanquam

de limo terræ, cum homo
non esset, qui operaretur
in terra, quia nullus homo
operatus est in Virgine,
de qua natus est Chris-
tus. Fons autem ascen-
debat de terra, et irriga-
bat omnem faciem terræ.
Facies terræ, id est, di-
gnitas terræ, mater Do-
mini virgo Maria rectis-
simè accipitur, quam
apostolus : Si dixerimus :

✠ Equitavi.

**Ex lib. ejusdem de natu-
ra et gratia, contra**

Pelagianos.

Lectio v.

Cum de peccatis agitur,

de sancta virgine Ma-
ria, propter honorem Do-
mini, nullam prorsus ha-
bere volo questionem.

Indè enim scimus, quòd

ei plus gratia collatum

fuertit ad vincendum omni

ex parte peccatum, quòd

concupere, ac parere me-
ruit eum, quod constat

nullum habuisse pecca-
tum. Hac ergo Virgine

excepta, si omnes illos

sanctos et sanctas, qui

in Scripturis sanctis non

modò non peccasse, ve-
rum etiam justè vixisse

referuntur, cum hic vi-
verent, congregare pos-
semus, et interrogare,

utrum essent sine pec-
cato : quid fuisse respon-
suros putamus ? Quanta-

libet fuerit in hoc corpore

excellencia sanctitatis, si

interrogari potuissent,

una voce clamassent,
illud, quod ait Joannes

apostolus : Si dixerimus :

quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.

Fac tibi arcam.

Ex lib. S. Ildephonsi, Archiepiscopi Toletani. *Contra eos, qui disputant de virginitate et parvitate B. Mariæ.*

Lectio vj.

TOTUM quicquid in Maria fuit, possedit Spiritus sanctus: quoniam virtus Altissimi eam obumbravit. Quod si virtus Altissimi ab omni æstu peccati eam obumbravit in conceptu et in partu: sicut ab omni æstu libidinis libera fuit, ita et ab omni pressura maleditionis non ex sese, sed ex virtute Altissimi immunis, et aliena fuit. Quapropter cogitent isti disputatores naturarum leges, cogitent et divinorum rerum virtutem: quia non ex natura rerum divina leges pendent, sed ex divinis legibus naturæ rerum, et leges manare probantur.

Fiât mihi.

in tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 11.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homil. S. Bonaventurae Episcopi.

In Comment. super Luc. 11.

LAUDAT hæc mulier Christum Dei Filium, extollens laudis ejus præconium ex beatitudine matris, quasi dicit: Beata mulier, quæ portavit tam bonum Filium. Et rectè, quia decebat seum femineum sic laudare. Nec tantum feminas, immò etiam viros. Nam supra dixit Virgo: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Fuit autem venter Virginis beatus propter tria privilegia, quia (ut dicit Bernardus) fuit sine corruptione fecunda, sine gravidine gravis, et sine dolore puerpera. Undè dici potest illud Isaïæ: Quis audivit umquam tale? Et quis vidit huic simile?

Omnes moriemini.

Lectio viij.

Fuit etiam beatus propter tria miracula. Primum est conjunctio infinitè distantium. Deus enim ibi factus est homo: Creator creatura, Immensus parvus, Verbum infans, Æternus temporalis, secundum illud Joannis: Et Verbum caro factum est. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem, factus est in ventre. Undè in psal-

mis dicitur: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Et post: Homo natus est in ea: et ipse fundavit eam Altissimus. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre, et ille natus, quem totus non capit orbis. Unde cantat Ecclesia: Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. *2. Filius meus.*

Lectio ix.

NEC tantum beatificat ventrem propter portationem, sed ubera propter lactationem, cum subjungit: Et ubera, quasuxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis uberibus beatissima Virginis lactatus fuit. Quod designatum fuit in Moysè, qui lactari (ut dicitur) noluit à muliere ægyptiaca. Et ideo quasita fuit mulier hebræa, scilicet mater propria, sicut in Exodo legitur. Ideo autem junxit ista duo, ut ostenderetur virgo Maria fuisse mater Christi vera, et perfecta: quia non solum genuit, sed et educavit; et sicut verè educavit, ita verè genuit.

Te Deum laudamus.

In Laud. et Vesp. Com. Fer.

DIE XV. DECEMBRIS.

Oct. Conceptionis B. Mariæ.

Duplex.

In j. Nocturno, Lectio

nes de Script. occurrentes.

in secundo Nocturno.

Ex libro S. Anselmi,

Episcopi.

De excellentia Virginis.

Lectio ij.

SUMMA Dei sapientia nullam in massa creationis humanæ viam invenit, per quam (ut dicitur) sponserat in mundum veniens, tam luctuosæ perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed hæc mox, ubi in mundum per humanam generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute, et constantia perfecte resplenduit, ut eam ipsa sapientia Dei vere dignam judicaret per quam in homine veniens, non modo reatum primum hominum, sed et totius mundi peccata deleveret, et diabolum sui operis inimicum cum suis elideret, necnon damna celestis patriæ illuc hominem deducendo redintegraret.

Equitatu meo.

Ex lib. ejusd. de conceptu

Virginis.

Lectio v.

DECEBAT, ut Christi conceptio de matre purissima ferret. Nempe decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret; cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aqua-

lem sibi genitum tamquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius, et quam ipse Filius, substantialiter facere sibi matrem eligebat et de qua Spiritus sanctus volebat, et operaturus erat, ut conciperetur, et nasceretur ille, de quo procedebat.

4. Fac tibi arcam.

Ex dictis diversorum Sanctorum.

Ex presbyteris Achaiae, ut refert Aloysius Lipomannus.

Lectio 7j.

ANDREAS apostolus: Quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine natus Christus vitam aeternam, quam omnes perderant, repararet. Augustinus: Sicut primus Adam de limi materia figuratus est, ita secundus Adam, quasi de intacta ac rudi terra, de Virginis carne formatus est. Hieronymus: Haec est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, ad quam nulli poterunt doli irumpere. nec praevaleat fraus inimici, sed permansit sancta mente et corpore, multis donorum privilegis sublimata. Idem

in psalmos: Pulchre propheta appellat Virginem nubem diei. Nubes enim illa non fuit in tenebris sed semper in luce. Anselmus: O benedicta super mulieres, quae angelos vincis puritate, et sanctos superas pietate!

4. Fiat mihi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio 7j. Cap. 11.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Hom. S. Bonaventura, Episcopi.

In comment. super Luc. 11.

AT ille dixit: Quinimo beati qui audiunt Verbum Dei. Hoc non dixit adversando, sed potius superaddendo, quasi diceret: Non solum beatus venter, qui portavit me Verbum caro factum, qui suscipit verbum a me prolatum. Unde et Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne, verum etiam beatorum; quia ipsam perfectissime gestavit in mente; secundum quod dicit Augustinus: Beatorum Maria concipiendo fidem Christi, quam carnem

Christi. Beatus est enim omnis, qui audit et obedit: secundum illud ipsius Domini apud Joannem: Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et ideo subdit: et custodiunt illud.

8. Omnes moriemini.

Lectio viii.

In quo verbo Christus noluit laudare matris cognitionem carnalem per se, (nam et supra Joannes dixit Judaeis: Ne ceperitis dicere: Patrem habemus Abraham) sed spirituale, quia sanctiores est copula mentium, quam corporum. Et ideo, cum quaerent eum mater et fratres ejus, dixit: Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, soror, et mater est. Et propter hoc virgo Maria fuit laudabilis in concipiendo, quia fide concepit. Et ideo dixit ei Elisabeth: Beata quae credidisti, quoniam predictentur ea, quae dicta sunt tibi a Domino.

8. Filius meus.

Lectio ix.

Ex quo apparet miram commendatio veritatis, quae omnes sibi adhaerentes beatos efficit: non solum adhaerentes carnali cognitione, ut virgo Maria; verum etiam spirituali dilectione, sicut qualibet anima sancta.

Ut enim dicit Augustinus: Beatitude est gaudium de veritate. Ad quod gaudium deveniunt, qui veritatem audiunt, diligunt et faciunt, secundum illud Ecclesiastici: Qui audit me, non confundetur: et qui operatur in me, non peccabunt, qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Te Deum laudamus.

In Laud. Com. Fer.

In ij. Vesp. Com S. Rosarii, et Feria.

DIE XVIII. DECEMBERIS.

In Festo Expectationis partus B. M. Virginiae.

Duplex majus.

Omnia ut in fine Brev.

DIE XX. DECEMBERIS.

In Festo sancti Dominici Sylensis, Abbatis.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis praeter sequentia.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici confessoris tui praclaris vitae meritis decorasti, et in liberandis captivis gloriosius iustificasti miraculis: concede nobis famulis tuis; ut et ipsius instruamur exemplis, et ab omni vitiorum servitute ejus patrocinio liberemur. Per Dominum.

Et fit Comm. Feria.

In j. Nocturno Lectiones de Scripturae occurrente.

in secundo Nocturno.

Lectio iv.

DOMINICUS, abbas, honestis parentibus natus est Cannis, oppidulo ad radices Jubedæ montis in Cantabris. Quem ab ipsa pueritia mirus monasticæ vitæ ardor occupavit: adeo ut, relicta gregis paterni cura, in solitudinem secesserit. Sed cum parùm ei tuta videretur illa solitudo, in signe sancti Emilianicœnobium adiit, ubi cum diu sub habitu, et disciplina monastica vixisset, magna sanctitatis opinione ecclesiæ Cantanarum regendæ prædicitur; inde in cœnobium sancti Emilianii reuocatus, prior efficitur. Verum dum Cantaborum Regi, quædam à cœnobio injustè exigenti, constantissimè resistit, ab eodem in Jubedæ montis inuisa duobus monachis comitibus actus est. Qui ejus furori cedere cupiens, ad Ferdinandum Castellæ, et Legionis regem nominis ejus primum, se contulit. Qui viri Dei sanctitate motus, illum ad se aduentem benignè, et honorificè excepit, et cœnobio sancti Sebastiani præesse voluit: addito ab Episcopo diocæsano abbatis titulo.

à Honestum.

Lectio v.

ERAT autem ipse locus infrequens, utpote qui

sterilibus quibusdam Jubedæ montis collibus subiaceat, qui mons ipse Celliberos tangit. At claritate miraculorum, quæ quotidie per servum suum Dominicum operabatur Deus, tam celebrer, ac frequens factus est, ut eo tempore per Hispaniam nullus illustrior esset. Nulla enim fermè morborum genera erant, quæ Dominici precibus ab hominum corporibus non pellerentur. Unde cœnobio in augustiorem formam erecto, magno etiam monachorum numero coaluit; rebus, ac populis multa illi certatim offerentibus: quin etiam singulari privilegio servum suum insignivit Dominus, ut christiani, qui apud Mahometanos victi multis ferri ponderibus tenebantur, invocato Dominico, liberarentur.

• Amavit eum.

Lectio vi.

DEMUM gravi morbo correptus, Ecclesiæ Sacramentis devotissimè susceptis, migravit ad Dominum anno Domini millesimo septuagesimo quarto. Eo autem die quo migravit à corpore, visa est à pueris quibusdam illius anima triplici corona decorata in cœlum subvolare. Corpus verò ejus in eodem cœnobio conditum hodiè cernimus,

Festis Decembris.

quod sanctum Dominicum de Sylos appellamus. Ad cujus sepulchrum orans Joanna Felices Guzman uxor, olim insecunda, filium impetravit, cui sancti hujus viri propterea nomen imposuit. Quod quidem ipse mira vitæ sanctitate sacroque Prædicatorum Ordine instituto, multò reddidit illustrius, quàm accepit.

¶ Iste homo.
in ij. Nocturno, *Homilia in Evangelium, de eorum reliquiis, de Communi Abbatum.*

Vesp. de sequenti, *Com. præc. et Fer.*

DIE XXIII. DECEMBRIS.
in Festo B. Nicolai Factoris, Confessoris.
Duplex.

Ombia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Oratio.

DEUS, qui beatum Nicolaum confessorem tuum ineffabili charitatis tuæ igne succensum, te puro corde sectari fecisti; da nobis famulis tuis, ut eodem spiritu repleti, et charitate ferventes, viam mandatorum tuorum inoffenso pede curramus. Per Dominum.

Deinde fit Com. Fer. in j. Noct. *Lectiones de Script. occur.*

At si venerit in sabbato quatuor Temporum; de

Communi Conf. non Pont. ij. loco.

in secundo Nocturno.

Lectio iv.

NICOLAUS Valentia Ede-tanorum piis parentibus ortus, ab ineunte ætate præclaræ futuræ sanctitatis edidit documenta. Quinque enim annos natus, ter singulis hebdomadis jejunabat, pane tantum et aqua contentus. Obsonia sibi parata alacriter pauperibus elargiebatur; atque egenorum, et leprosoꝝ manibus, tibiisque, sanie licet manantibus, pia oscula dabat. Quibus sanè, aliisque christianæ perfectionis exemplis famula domus Maura commota, mahometicam ejuravit superstitionem. Adolescens ægrotos in nosocomiis crebrò invisabat, propriis ipse manibus illis inserviebat, omnique studio nobiles viros, ac matronas civitatis ad id operis alliciebat. Quæ, et alia miranda pietatis et charitatis opera, in quibus meritè enituit, ad mortem usque nunquam dimisit. Mundi sui que contemptor pecuniæ summam ei ad connubium oblatam strenue recusavit: ac parentum blandimentis ipsum in matrimonium collocare adniventium, invicta constantia restitit. Exindè de re

gulari aliquo instituto amplectendo seriò cogitare coepit. Itaque Observantia sancti Francisci nomen dare decernens, ad cónobium sanctæ Mariæ à Jesu Valentia elanculùm secessit, ibique non tam precibus, quam lacrymis à superiore habitum obtinuit. Tyrocinio exacto, professionem emisit, sacrisque ordinibus initiatus, verbi Dei prædicationi totum se dedit.

¶ Honestum.

Lectio v.

ELUCERAT in eò summa vitæ innocentia, comitas, verecundia: ob quas egregias animi dotes, difficile dictu est, quot ad meliorem frugem traduxerit, quotque è vitiòrum cono ad viam salutis revocaverit. Ad hæc priusquam in concionem ascenderet, ter flagris se cedere consuevit. Iris subindè cilicis flagellis, ac jejunis corpus suum continuè macerabat, nullique unquam pepercit afflictioni ad pravas affectiones cohibendas. Nudis semper pedibus incessit: cogente verò morbo, subjecta oblectus solea, ac simplici contentus tunica. Noctes sæpè insomnes traduxit; ac pro eo, quo erga Jesu Christi passionem æstuebat amore, binos integros annos ad Crucifixi pedes excubas-

se, memoria est proditum. Vultus ejus etsi ponitentiã attritus, singulari tamen Dei gratiã vegetus semper, et venustus apparuit. Obedientia, paupertate, et pudicitia emicuit: nitidamque conscientiam suam, quam nulla mortali labe unquam fœdasse perhibetur, non modo sartam tectam servavit; sed demonem etiam specie mulieris formosã indignis modis ad eam labefactandam turpiter ei insidiantem, vimque facientem vicit, ac profligavit. Tyrones, quibus præfuit, verbo atque exemplo ad perfectionem evehere sedulo curavit. Truculentis, desperatisque hominibus necem sibi metipsis suspendio inferre cantibus, superno lumine afflatus, præsto adstitit, è mortis limine faucibusque dæmonis liberavit, et ad criminis confessionem adduxit. Sanctis Ludovico Bertrando, et Paschali Baylon, aliisque viris doctriã, et sanctitate conspicuis fuit acceptissimus, et ab iisdem ob vitæ sanctimoniam summis laudibus celebratus.

¶ Amavit.

Lectio vj.

A Joanna austriaca, Philippi secundi sorore, Matritum accitus, exalciatarum Monialium,

quas vocant Regalium, confessarii munus laudabiliter obivit. Orationi, et meditationi jugiter addictus, non semel à terra elevatus visus fuisse dicitur, ac frequentes ad eò extases passus; ut interdum viginti quatuor horas in raptu deprehensus, duque, noctuque passim, et ubique locorum ejusmodi deliciis perfrueretur, facie ut plurimum inflammata, luce ex ea irradiante, et urentibus etiam carnibus. Idque frequentius ei contingebat in meditandis sacris fidei mysteriis: potissimum verò oriebatur ex ferventissimo amore, quo erga sacratissimam Eucharistiam flagrabat: quarealiquando inter Eucharisticum panem distribuendum non solum miris extasibus extra se rapi, verum et sacras Formas ad digitos suos saltare, raro quidem prodigio, observatum perhibetur. Singularem in Deum amore, ac in Virginem matrem pietate effulsit; plurimisque supernis charismatibus fuit exornatus. Meritis tandem, et laboribus plenus, in morbum incidit, ac satis memorando humilitatis exemplo, in stabulo humari, semel iterumque efflagitavit; proximique obitus accepto nuntio, hilari animo in

illa verba prorupit: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. Sacramentis item Ecclesiæ ritè munitus, placidissimè obiit Valentia extra monia in conventu Jesu. Defuncti cadaver flexibile, vegetum, ac suavem spirans odorem, novem dies, ut fidelium concursus fieret satis, insepultum remansit. Triennio post exhumatum, integrum adhuc fuit inventum, ac Philippo secundo, Hispaniarum regi, conspiciendum exhibitum est. Postremo Dei servum miraculis etiam clarum Pius Sextus, Pontifex maximus, solemnè ritu beatorum fastis descripsit.

¶ Iste homo.

In iij. Nocturno, Homilia in Euang., Sint lumbi, de Communi.

In Laud. Com. Ser. Aña. Ecce completa.

In ij. Vesperis Com. Festæ, Aña. O Emmanuel.

DIE XXX. DECEMBRIS. In Festo Translationis S. Jacobi, apostoli, et Hispaniarum patroni.

Duplex majus.

In utrisque Vesperis, Aña et Psalmi ex ij. Vesperis Nativitatis Domini. Capit. Laudum.

Hymnus

DE PENSOR alme Hispania Jacobè vindex hostium,

Tonitruum quem filium
Dei vocavit filius,
Tunc cœli ab altis sedibus
Converte dexter lumina,
Audique leti debitas
Grates tibi quæ solvimus,
Grates refert Hispania,
Felix tuo quæ nomine,
Te glorietur jugiter
Dignata sacris ossibus.
Iu, cæca nox atque im-
pia

Nos cum teneret vanitas,
Lucem salutis primitus
Oris Iberis impetras.

Tubella cum nos cinge-
rent,

Es visus ipso in prælio
Equoque, et ense acerrimus

Mauros furens sternere.

Treli tuo nos pignore,
Largum tuo te munere
Rogamus omnes, ut tuæ
Spe protegas presentia.

Est, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spi-
ritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

In omnem terram
exit sonus eorum. Et
in fines orbis terræ verba
eorum.

Ad Magnificat, Ant.
Misit Herodes rex ma-
nus, ut affligeret quos-
dam de Ecclesia; occidit
autem Jacobum fratrem
Joannis gladio.

Oratio ut in Laud.
Postea fit Com. S. Thomæ
Cantuariensis, si non con-
tingat transferri ad vigi-

liam Epiph., juxta beata
Gregorii XIII in principio
appositum, deinde Octa-
varum.

Si Dominica (aut dies
in quo ad formam Bre-
viarii fit de ea) venerit
isto die, fiet Com. Domi-
nicæ in j. Vesperis, et
ad Laudes ante Com. Octa-
varum, et ix. Lectio legi-
tur de Homilia Dominicæ.
In ij. autem Vesperis post
Com. S. Silvestri fit Com.
Dominicæ et Octavarum.

Quando verò fit de Do-
minica, in die præcedenti
vel in sequenti fit Com.
Dominicæ in j. vel in ij.
Vesp. respectivè ante Com.
Octavarum.

Ad Matutinum, omnia
de Communi Apostolo-
rum, præter sequentia.

In j. Nocturno, Lectio-
nes, Sic nos existimet,
de Communi.

¶ Procedens Jesus
juxta mare Galilææ, vidit
duos fratres, Jacobum
Zebedæi, et Joannem fra-
trem ejus, in navi. Et
vocavit eos: qui statim
relictis retibus, et patres
secuti sunt Dominum. Erant
Jacobus et Joannes
fratres in navi cum Zebe-
dæo patre eorum, resili-
cientes retia sua. Et.

¶ Vocavit ad se Do-
minus Jacobum Zebedæi,
et Joannem fratrem Jaco-
bi, et fecit ut essent se-
cum inter duodecim, et
ut mitteret eos prædica-

re. Et imposuit eis
nomina, Boanerges, quod
est filii tonitruum. In
omnem terram exivit so-
nus eorum, et in fines
orbis terræ verba eorum.
Et imposuit.

¶ Cum venisset Je-
sus in domum principis
synagogæ, Non permisit
intrare secum quem-
quam, nisi Petrum, et
Jacobum, et Joannem, et
patrem, et matrem puel-
læ. Et dixit: Nolite
 flere, non est mortua
puella, sed dormit. Non
 permisit. Gloria Patri. Non
 permisit.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

COMPOSTELLANÆ ecclesie
monumentis traditur,
sancti Jacobi Zebedæi filii
corpus ex urbe Jerosoly-
ma per vastissimum mare,
singulari Dei providentia
advectum, ad extremas
Hispaniæ oras appulisse;
cùmque in Iria Flavia
(quod est Gallæcia oppi-
dum) portu primùm con-
stitisset, non longè ab eo
portu, in loco, qui nunc
Compostella dicitur, con-
ditum, ob frequentes per-
secutiones, longo tem-
pore latuisse. Sacrum
hunc thesaurum Alfonso
rege Legionis (qui ob in-
signem pudicitiam Castus
dictus est) divinitus indi-
catum, idem rex insigni
basilica, aliisque donis
exornavit.

¶ Assumpsit Jesus Pe-
trum, et Jacobum, et
Joannem fratrem ejus, et
duxit illos in montem ex-
celsum seorsum: Et
transfiguratus est ante
eos. Et ecce apparue-
runt illis Moyses et Elias
cum eo loquentes. Et
transfiguratus est ante
eos.

Lectio v.

Ab eo tempore multis
magnis miraculis
sancti Jacobi memoria
nobilitate cepta est. Ipse
etiam gloriosus Apostolus
in difficillimis præliis pa-
lam se conspiciendum
præbens, Hispanos adver-
sus infideles pugnantes
mirificè juvit. Quare fa-
ctum est, ut universa
Hispania sanctum Jaco-
bum, præcipuum sibi pa-
troum divino munere
concessum adsciverit; et
usque ad hanc diem in
primis coluerit. Ceterum
tanti Apostoli crebra mi-
racula non modò intra
Hispanias, sed in omni-
bus etiam christianis pro-
vinciis celebrata, fece-
runt, ut quemadmodum
Jerosolyam ad sepul-
chrum Domini, et Romam
ad Apostolorum limina,
sic etiam Compostellam
ad sancti Jacobi reliquias
undique confluant, reli-
gionis, et voti causa, ex
toto christiano orbe pere-
grini.

¶ Potestis bibere cali-

cem quem ego bibo? aut baptismo, quo ego baptizor. baptizari? dixit Jesus Jacobo et Joanni filiis Zebedæi. At illi dixerunt ei: Possumus. Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis, et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi.

De expositione S. Augustini, Episcopi, super psalmum octogesimum sextum.

Lectio 14.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion. Quare sunt fundamenta apostoli et propheta? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portae? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis: et cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim janua. Et cum dicuntur duodecim portae Jerusalem, et una porta Christus: et duodecim portae Christus, quia in duodecim portis Christus: et ideò duodenarius numerus apostolorum. Sacramentum magnum hujus duodenarii significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël.

Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum, et Joannem secum, et cœpit

pavere et tædere. Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic et vigilate mecum. Et ait: Gloria Patri. Et.

in tertio nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio 15. Cap. 20.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Et reliqua. Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 66. in Matth.

Nox turbetur quisquam, si adeo imperfectos dicimus apostolos fuisse, nondum enim mysterium crucis erat consummatum, nondum gratia Spiritus in corda ipsorum infusa. Quòd si virtutem ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam Spiritus fuerint, considera, et videbis omnem ab illis perversam affectionem fuisse superatam. Hac enim de causa eorum modò imperfectio revelatur; ut apertè percipere possis, quales subito per gratiam effecti fuerunt. Quod igitur nihil spirituale petebant, nec de celesti regno quidquam cogitabant perspicuum est. Sed tamen inspiciamus etiam quomòdò accedant, et quid dicant. Volumus, inquit, ut

quocumque petierimus, postulent, non enim petere audent: si scirent: Christus: Quid vultis? respondit, non ignorans certè, sed ut eos respondere cogat, et uticus detegat, et ita medicamentum apponat.

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occiditis. Occidit autem.

Lectio 16.

ILLI verò cum erubescerent, et verecundià prohiberentur, quoniam humano affectu eò deventurant, seorsum ab aliis discipulis Christum accipientes interrogaverunt. Progressi sunt enim, inquit, ne illis manifesti fierent: et ita demum ea, quae volebant, dixerunt. Volebant autem, ut ego conjicio, quoniam super duodecim sedes sessuros discipulos audierunt, primatum hujus concessus impetrare: et præponi quidem se cæteris sciebant: Petrum verò sibi præferri formidantes, dicere ausi sunt: Dic ut unus à dextris, alter à sinistris sedeat. Et urgent dicentes: Dic. Quid igitur ipse? Ut significaret eos nihil petere spirituale, sed nec scire quidem quid

postulent, non enim petere audent: si scirent: Nescitis, ait, quid petatis; nescitis quàm magnus hoc sit, quam mirabile, ac ipsa superiores excedens virtutes.

Iste est, qui ante alios apostolos primus plantavit Ecclesiam sanguine suo: Cujus corpus in Gallæciam delatum, per totum orbem gloria illustratur. O si idus! o decus Hispaniæ! sancte Jacobe apostole, intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Cujus corpus. Gloria Patri. Cujus corpus.

Lectio 17. (Nisi dicenda sit de Dñica.)

Et adject: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, et baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quomòdò statim ab hac opinione ipsos removit, contraria eis disserens. Nam vos, inquit, de honoribus et de coronis mecum agitis: ego verò de luctamine atque sudore dissero. Non præmiorum hoc tempus est, nec illa gloria mea modò appareret: sed cadis ac periculis est. Perspice autem quatenus ipso interrogationis modo et hortatur et allicit. Non enim dixit: Potestisne eadem subire, po-

testisne vestrum effundere sanguinem: sed quoniam pacto potestis bibere calicem? Deinde alliciens, inquit. Quem ego bibiturus sum: ut ipsa cum eo communicatione laborum, promptiores redderentur.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,

et per Horas. *Añā.*

ACCESIT ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. *Psalmi de Dominica. Añā.* Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo. *Añā.* Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? dicunt ei: Possimus. *Añā.* Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam et ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. *Añā.* Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister.

Capitulum. 1. Cor. 4.

FRATRES, Puto quod Deus nos apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus.

Hymnus.

JESU salus mortalium,
Nobis ades, dum dicimus

Laudes Patrono Hispaniæ,
Tuam canentes gloriam.

Laudandus hic est unice,
Quod primus in certamine

Apostolis ex omnibus
Pro te profudit sanguinem.

Tuibeatus pluribus
Notis amoris maximi:
Quod testis usque interfuit

Reconditis mysteriis.
Sed vi potentis dexteræ
Surgit Jairi filia,
Quando in paternis ædibus

Est excitata ab inferis:
Sed vultus, ut sol, splendidus

Et vestis, ut nix, candida,
Thaboris alto in vertice

Signum tuæ dant gloriæ:
Sed monte olivis consito

Angoris est index tui
Sudor, tuo de corpore
Ceu gutta manans sanguinis.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,

In sempiterna sæcula.
Amen.

Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus. Añā.
Visitavit nos per sanctum suum apostolum, et fecit salutem de inimicis nostris Dominus Deus noster.

Gratio.

DEUS, qui dispositione mirabili corpus beati Jacobi apostoli tui de Jerusalem ad Hispaniam transferri, et in Compostella gloriosè sepeliri voluisti: concede quaesumus: ut ejus meritis, et precibus in cœlesti Jerusalem collocari mereamur. Per Dominum.

Et sunt Com. juxta rubricam positam in j. Vesperis.

Ad Tertiam, *Añā.* Dic, ut sedeant Capitulum. Fratres, Puto. supra.

2. br. In omnem terram, et in Communi.

Ad Sextam, *Añā.*

Potestis bibere calicem. Capitulum. 1. Cor. 4.

NOS stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

2. br. Constitutes.

Ad Nonam, *Añā.*

Quicumque voluerit. Capitulum. 1. Cor. 4.

NAM si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Euangelium ego vos genui.

2. br. Nimis honorati.

Ad Vesperas, *Añā.* et Psalmi de Nativitate, Capitulum. Laud. Hymnus ut in j. Vesperis.

Annuntiaverunt. sup. Ad Magnificat. *Añā.*

O beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium apostolorum Domini calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniæ regnum, tali pigore ac patrono munitione, per quem fecit illi magna qui potens est! Alleluia.

Et sunt Com. secundum rubricam supra positam in j. Vesp.

DIE XVI. JANUARIJ. In Festo sancti Fulgentij, Episcopi et Conf.

Duplex.

Omnia de Comuni Conf. Pont. præter sequentia. Exaudi.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

LECTIO II.

FULGENTIUS, Hispanus ex nova Carthagine, Severiano patre ejusdem provinciæ duce genitus, sanctorum Leandri, Isidori, et Florentinæ germanus frater, à pueritia cum morum honestate esset instructus, ætate provecior, omni virtutum genere, et sacrarum quoque litterarum eruditione adeo enituit, ut doctoris illustris titulum apud Hispanos fuerit assecutus. Cujus rei illud quoque argumentum est, quod egregius idem doctor Isidorus, qui ab eo

fuera educatus et piis documentis imbutus, libros de ecclesiasticis officiis, in quibus de universis mysteriis, quæ in Ecclesia celebrantur, ac de originibus officiorum ecclesiasticorum disseuerat, ipsi sanctissimo fratri, sacraque disciplina amantissimo dedicavit.

¶ Inveni.

¶ *Lectio v.*

Sed nihil ad Fulgentii commendationem illustrius, quam ipsorum quoque hostium gravissimum de eo prolatum testimonium. Cum enim Leo vigilus Gothorum rex, sororius ejus, ariana hæresis infectus, post patratam filii sui sancti Hermenegildi eadem, infirmitate acriter torqueretur, flagitii poenitentia ductus, licet non ea, qua par erat ad salutem obtinendam, Recaredo filio suo præcepisse dicitur, ut Leandrum, et Fulgentium, qui in doctrina ecclesiastica insigniter clarebant, tanquam patres audiret, et eorum monitis obtemperaret. Id verò à Recaredo cumulate præstitum fuisse tota Gothorum gens ad veram fidem perducta, et ariana perfidia in concilio Tolitano tertio ab universo regno abjurata, luculentissimè testantur.

¶ Posui.

¶ *Lectio q.*

Episcopus creatus, Astigitanam, et Carthaginensem miro zelo, et exemplo gubernavit ecclesias. Toletanæ synodo interfuit, sub rege Gundemaro, itidemque Hispanensi secundo, in cuius actis nonnulla suæ ecclesiæ jura legitur vindicasse. Denique ab inceptæ vitæ instituto non recedens, et forma factus gregis ex animo, cum pietate in Deum, pastoralis in subditos vigilantia, aliisque sanctis operibus vitam religiosissimè transegisset, virtutibus ac meritis plenus, nec sanctitate minus, quam doctrinæ fama illustris, obdormivit in Domino. Eum diocesis Carthaginensis, et Placentina ut primum suū colunt patronum. Sacra ipsius, et Florentinæ sororis reliquæ sub Alphonso undecimo in Berzocana oppido inventæ, ac postea divisæ, partim in eadem Placentina diocesi, partim Mercia magna populi veneratione coluntur.

¶ Iste est.

¶ *In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

¶ *Lectio vii Cap. 5.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quod salietur ? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papa.

Ex Homilia 17. in Luc. 10. ante medium.

CONSIDERANDUM nobis est, ut qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valeat instruere, privatis locutionibus edificare. Debemus namque pensare continuè quod sanctis Apostolis dicitur, et per Apostolos nobis : Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate quia Dei animalia pascitis : de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur : Animalia tua habitabunt in ea.

¶ Amavit.

¶ *Lectio viii.*

Et sæpè videmus quod petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquemque qualiter admo- neat, ut quisquis Sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu æternæ vitæ saporè condiat. Sal etenim terræ non sumus, si corda audientium non

condimus, quod profectò condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus, et exemplis ostendimus.

¶ Sint lumbi.

¶ *Lectio ix.*

NULLUM puto, fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium, quam à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit : quando ipsi peccamus, qui quando peccata de- buimus : nulla animarum luera quarimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quòd cæteris prælati sumus, ad agenda quolibet majorem licentiam habemus, susceptam benedictionis misterium veritatis ad ambitionis argumentum : Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus : locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur.

¶ De Deum laudamus.

¶ *Vesperæ à Cap. de*

¶ *A. Antonio abbate, cum*

¶ *Com. præc.*

¶ *Pro diocesisibus autem*

¶ *Carthaginensium, Placenti-*

ne et Hispani, duplex
ij. classis.

**Omnia de Communi
Doctorum.**

In utrisque Vesperis,
ad Magnificat, Añ. O
Doctor.

Oratio. Deus qui popu-
lo.

**Lectiones primi Noctur-
ni, Sapientiam, de Com-
muni Doctorum.**

g. vij. In medio.

In ij. Vesperis fit Com.
S. Antonii abbatis.

DIE XXI. JANUARI.

In Festo SS. Fructuosii,
Episcopi, Augurii et
Eulogii, Diaconorum
Martyrum.

Duplex.

**Omnia de Communi
plurimorum Martyrum,
præter sequentia.**

Oratio.

Deus, qui beatum Fru-
ctuosum, et ejus dia-
conos Augurium et Eu-
logium per ignem pro-
batos martyrio decorasti:
concede nobis famulis
tuis; ut ipsorum inter-
cessione flamma divini
amoris succensi, cum illi
pariter coronemur in cæ-
lis. Per Dominum.

In j. Nocturno, Lectio-
nes de Script. occur.

In secundo Nocturno.

Lectio ij.

Fructuosus, civis et Epi-
scopus Tarraconensis,
eo tempore martyrium
subiit, quo immanis illa
Valeriani et Gallieni per-

secutio in electissima qua-
que Christi membra sævie-
bat. Jam præter innumeros
ubique terrarum martyres
crudeliter occisos, Romæ
Laurentium, Carthagine
Cyprianum mactaverat.
Cùmque per Hispaniam
quoque nostram grassaretur
Tarraconem pervenit ur-
bem primariam. Hic ergo
Fructuosus, ejusque dia-
conis Augurio, et Eulogio
in carcerem primum con-
jectis, post sex deinde
dies, se coram sistere
jussus, audisti, inquit
Fructuosus, quid impera-
tores præceperunt, deos
scilicet colendos? Cui
Pontifex: Ego unum Deum
colo, qui fecit cælum, et
terram, mare et omnia
quæ in eis sunt. Numquid
et tu, dixit præses Eulo-
gio, Fructuosum colis?
Ego, respondit Levita
Christi, Fructuosum non
colo, sed ipsum colo,
quem et Fructuosus. Si-
militer Augurio responde-
nte, parique fortitudine
tribus constantissimè Chris-
tum prædicantibus, cum
nec minis, nec blanditiis
Æmilianus sacrum mar-
tyrum pectus emollire
posset, flammis adjudi-
cavit. **A. Sancti tui.**

Lectio j.

Cum igitur sanctissimus
Episcopus cum diaco-
nis suis ad amphitheatrum
duceretur, adeo vehementi

Lectio vi.

populus eorum amore
obstringebatur, ut plu-
res etiam ethnici de ini-
qua morte lamentarentur.
Christiani vero, si quo
modo possent pastoris sui
amantissimi dolorem,
mortemque acerbissimam
delinire, poculum aroma-
tibus conditum propina-
bant: sed ille abstinencia
rigidissimus custos, si-
nite, inquit, nondum est
hora solvendi jejunii. Cùm
quidam christianus, cui
nomen Felix, apprehensa
manu Fructuosi, eum
enixè rogaret, ut sui me-
mor esset in cælis: Fru-
ctuosus, cunctis audien-
tibus, dignè respondit:
In mente me habere ne-
cesse est Ecclesiam catho-
licam ab Oriente usque
in Occidentem diffusam.
Quam responsum di-
vus Augustinus in ser-
mone, quem de gloriosis
martyribus habuit, lau-
dat, dicens: Neminem
singulorum præteri, qui
orat pro universis: ab eo
nullum membrum præ-
termittitur, cujus oratio
pro corpore funditur. Acta
martyrii sancti Fructuosi,
et sociorum adeo vene-
randa apud fideles erant,
ut publicè in Ecclesia co-
ram populo legerentur,
non in Hispania tantùm,
sed in Africa etiam, ac
proinde in aliis quoque oc-
cidentalibus orbis ecclesiis.
Verbera.

Postremo Fructuosus
fratres consolatus, et
ex revelatione divina, nun-
quam eis defuturum pas-
torem prædicans, alacer
et securus cum sociis suis,
flexis genibus super stru-
e lignorum jam ardere in-
cipientium, sese præparat
victimam in odorem suavi-
tatis Deo sacrificandam.
Tunc hi tres quasi ex uno
ore laudabant, et glori-
ficabant, et benedicebant
Deum in fornace, donec
per ignem probati, et
sine macula inventi, pu-
rissimas animas Deo red-
didere, anno sexagesimo
secundo supra ducente-
simum. Nec defutere ma-
gnalia, quibus in terris
gloriam sanctorum suo-
rum patefieri placuit Al-
tissimo: Babylon quippe,
et Migdonius, licet ex fa-
milia præsidiis, christiani
tamen, ipsa quoque filia
Æmilianus, colos scandere
egregios Christi Athletas,
Angelorum choris stipa-
tos, coromisque redimitos
conspexerunt. Nocte su-
perveniente christiani ad
amphitheatrum curretes
collectos, prout quisque
potuit, sibi vindicavit.
Sanctus vero Fructuosus,
apparens monuit, ut quod
unusquisque pio furto de
sacris cineribus usurpa-
verat, restitueret, unoque
in loco simul condendos

curaret. Postea in Ligures sacra pignora transportata sunt, servanturque prope Genuam in Benedictinorum cœnobio, ultra ea, quæ Manresæ, et in ecclesiis Tarraconensi, et sanctæ Matronæ Barcinonensi piæ coluntur.

¶ Tamquam aurum.

In *ij. Nocturno, Homilia in Euang.* Cùm audieritis prælia, de *Comm.*

DIE XXII. JANUARIJ.

In *Festo S. Vincentii, Vita et Martyris.*

Duplex *ij. classis cum Octav.*

Psalmi de *Communione Martyris, cætera de sequuntur.*

Ad *Vesperas. Añs.* Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo. *Añs.* Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, ut annuntiem Jacob scelus suum. *Añs.* Sapientia et fortitudo Domini sunt: tibi, Deus, confiteor, quia dedisti mihi. *Añs.* Dedit mihi Dominus scientiam sanctorum, et honestavit me in laboribus. *Añs.* Certamen forte dedit mihi Dominus, ut vincerem, et scirem quoniam omnium potentior est sapientia.

Capitalium Laudum.

Hymnus.

PARTAS horribili supplicii modo

Palmas, atque decus Martyris inclyti,

Festivo resonent carmine pectora,

Exultantia gaudio.

Cesserunt furia, cessit atrocitas

Illaudata feri iudicis, ignium,

Vincenti; rabies fugit, abest procul

Cædis triste periculum. Trundunt rapidis sæcula sæculis,

Et cursu revolant irrevocabili,

Stat, semperque sacris stabit honoribus,

Laus immobilior tua. Te, lucente polo, donec eant dies.

Laudabunt homines, plausibus æthere

Responsabit ovans, cætus, et aurea.

Numquam plectra silentia.

Summa laude Pater, Natus et Unicus,

Dicatur pariter Nexus amabilis,

Indivisa manens Numine Trinitas

Nunc, olim, sine termino, Amen.

¶ Fuit magnus securum nomen suum. ¶ Maximus in salutem electorum Dei.

Ad *Magnificat. Añs.*

Cùm transieris per aquas tecum ero, et lumina non operient te: cùm ambulaveris in igne, non

combureris, et flamma non ardebit in te.

Oratio *Et ad Laudes.*

Ad *Matinum, Invi.*

leatus Vincentius Christi Martyr triumphat coronatus in cælis: Venite, adoremus Dominum.

Hymnus.

DELASSATA senis lingua Valerii

Quæ proferre nequit, dogmata nuntians,

Certo martyrio, non timido pede,

Il Vincentius obviam.

Factus sanguineo verberetur traditur

Mactandus fidebus discruciantibus;

Intensis variat carnificis furor

Instrumenta doloribus.

Prunis suppositis, cratæque ferrea,

Vim perferre diu cogitur igneam.

Quam solum valeat sancta repellere

Ardens pectore charitas. Vincis viva caro scinditur

ungulis,

Candentes renovant vulnera laminae,

Dejectum piceis in specubus premunt

Testæ corpus aculeis. Vis audire novum supplicii genus?

Sic fessum thalamo purpureo locant

Inter delicias, sartaque florea:

Nec constantia frangitur.

HIMALIS HISP.

Summa laude Pater, Natus et Unicus,

Dicatur pariter Nexus amabilis,

Indivisa manens Numine Trinitas

Nunc, olim, sine termino. Amen.

In *primo Cocturnæ,*

Añs. Factus est susceptor meus, Domine, et refugium meum in die tribulationis meæ. *Añs.*

In quocunque loco fueris, Domine, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. *Añs.* Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. ¶ Fuit magnus secundum nomen suum. ¶ Maximus in salutem electorum Dei.

De libro Apocalypsi beati Joannis Apostoli.

Lectio. Cap. 2. et 3.

Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, et laborem, et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos: et tentasti eos, qui se dicunt apostolos esse, et non sunt: et invenisti eos mendaces: et sustinisti propter nomen meum, et non defecisti Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Hæc dicit pri-